nis qui de celo descendit. Non
sicut manducaverunt patres
vestri manna in deserto: et mor
tui sunt. Qui manducat
hunc panem: vivet in eternum. Of.

Credo in un

Ecclesie tue quesumus domine Secr.
unitatis et pacis propicius do
na concede: que sub oblatis
muneribus mystice designan
tur. Per dominum nostrum ihesum christum Co.

abi

im

gi u

us

uo

os·
tui
nn
e te
sfir
me
an
c u

habet actione p̄ficiamus· P
[Lect]io ep[isto]le b[ea]ti iohannis ap[osto]li·
Karissimi· In hoc apparuit ca
ritas dei in nobis· quoniam
filium suum unigenitum misit
deus in mundum: ut viva
mus per eum· In hoc est ca
ritas non quasi nos dilexeri
mus deum: sed quoniam ipse pri
or dilexit nos et misit filium
suum propiciacionem pro peccatis
nostris· Karissimi· si deus dilexit
nos: et nos debemus invice[m]
diligere· Deum nemo vidit
umquam· Si diligamus invi
cem: deus in nobis manet et
caritas eius in nobis perfecta
est· In hoc intelligimus quia
in eo manemus· et ipse in no
bis: quoniam de spiritu suo dedit no
bis· Et nos vidimus et testi
ficamur: quoniam pater misit filium
suum salvatorem mundi· Quis
confessus fuerit quoniam ihesus est
filius dei: deus in eo manet
et ipse in deo· Et cognovimus
nos et credidimus caritati: quam
habet deus in nobis· Deus
caritas est· et qui manet in
caritate: in deo manet et deus

[illegible]

Tua nos [illegible] me compl
dicinalis [illegible] a nostris
perversitati[illegible]clementer
expediat [illegible] que sunt
recta per[illegible]ca · viii

S[illegible] e us
misericordi[illegible]uam in me
dio templi [illegible] se
cundum [illegible]nem de us
ita et la[illegible] a in
fines [illegible] re iustitia
ple na [illegible] tua
M[illegible] et lau

nostri in monte sancto eius. Or
Deus cuius providentia in
sui dispositione non fallitur
te supplices exoramus, ut
noxia cuncta submoveas: et
omnia nobis profutura conce
das. Per dominum. Ad romanos
Fratres. Debitores sumus
non carni: ut secundum carnem vi
vamus. Si enim secundum carnem
vixeritis: moriemini. Si autem
spiritu facta carnis mortifi
caveritis: vivetis. Quicumque
enim spiritu dei aguntur: hii
filii sunt dei. Non enim acce
pistis spiritum servitutis iterum
in timore: sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo
clamamus abba pater. Ipse
enim spiritus testimonium reddit
spiritui nostro: quod sumus filii
dei. Si autem filii: et he
redes. Heredes quidem dei:
coheredes autem christi.
Sequitur graduale. Esto
michi in deum protectorem. Ps.

A lle lu

A tten di

te po pu

le me us

legem me am **S. math.**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Atten
dite a falsis prophetis, qui ve
niunt ad vos in vestimentis
ovium, intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. A fructi
bus eorum cognoscetis eos.
Numquid colligunt de spinis
uvas, aut de tribulis ficus?
Sic omnis arbor bona fruc
tus bonos facit, mala autem
arbor fructus malos facit.
Non potest arbor bona
fructus malos facere; neque
arbor mala bonos fructus fa
cere. Omnis arbor que non
facit fructum bonum; exciden
tur et in ignem mittetur. Igitur
ex fructibus eorum cognosce
tis eos. Non omnis qui di
cit michi domine domine; intrabit
in regnum celorum. Sed qui
facit voluntatem patris mei
qui in celis est. Ipse intrabit
in regnum celorum. **Offer.**
Populum humilem. **ut supra. Secre.**
Suscipe munera quesumus domine
que tibi de tua largitate defe
rimus. ut hec sacrosancta
misteria gratie tue operan
te virtute presentis vite nos
conversatione sanctificent; et ad
gaudia eterna perducant. Per.

Gustate et videte quoniam

suavis est dominus

beatus vir qui spe

rat in eo **Compl.**